



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

247. Item de incestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Presbyter cum puella fornicans, annos quatuor & tres quadragesimas in anno, & ferias quartam & sextam in pane & aqua. Si cum ancilla Dei fornicatus fuerit, septem annos pœniteat.

Episcopus, Presbyter, & Diaconus, si in fornicatione, perjurio, vel furto captus est, deponatur; non tamen communione privetur; quia non vindicat Dominus bis in idipsum. Burchard. lib. 17. c. 39.  
 [ *Ex canone xxv. Apostolorum.* ]

Item de incestis.

CCXLVII. Si adolescens sororem suam duxerit, quinque annos pœniteat. Si matrem, septem annos. Et quandiu vixerit, nunquam sit sine \* continentia. \* Leg. pœnitentia.

Item alij.

Qui cum matre fornicatus fuerit, quindecim annos pœniteat.

Qui cum filia vel sorore fornicatus fuerit, ab omni carne se absteineat, & quindecim annos pœniteat.

Si mater cum filio suo parvulo fornicata fuerit, tres annos absteineat se à carne, & diem unum in unaquaque hebdomada jejundet usque ad vesperam.

I T E M.

Qui habet matrem & filiam, duas sorores, uxorem patris & fratris, patruelis aut avunculi, neptem aut consobrinam, aut qui in prima, secunda, vel tertia generatione juncti sunt, istis volumus indicare ut separentur. Et prop-